



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 141. Oratorum discessus non exspectato responso.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

pagandum in Ecclesia dissidium excogi- Sæcul. XV.  
tata (\*). A.C. 1409.

§. CXLI.

*Oratorum discessus non expectato  
responso.*

Die vigesima prima Aprilis Oratores Ru-  
perti non exspectato responso, atque  
insalutatis Patribus Pisis discedunt. An-  
tequam vero inde abirent, Conradus de  
Sufato Spirensis Canonicus, qui & ipse  
inter Ruperti Legatos numerabatur, Re-  
gis provocationem ad aliud Concilium Conc. tom.  
Oecumenicum Ecclesiæ valvis affixit. II. p. 2239.  
Hæ provocationis tabulæ fuerunt datæ Raynald. ad  
hunc ann. n.  
Pisis in Ecclesia FF. Prædicatorum die 19. & 20.  
decima nona Aprilis. Tenor illarum erat,  
in præsenti Christianæ Reipublicæ arti-  
culo ad Romanorum Regem Synodi con-  
vocationem devolvi, illamque sub ejus au-  
spiciis congregari opportuisse; cumque  
ad Concilium Pisanum ex suis nullum  
ablegasset, illud nonnisi Conciliabulum  
esse,

(\*) Si Continuator nosler publicas provoca-  
tionis tabulas, quas Rupertus confici atque affi-  
gi jufferat, suæ inseruisset Historiæ, manifeste pa-  
teret Gregorii caussæ æquitas, & Theodorici ne-  
quitia. vid. Raynald. Odoric. ad ann. 1409. num.  
19. & 20.

**Sæcul. XV.** esse omni destitutum auctoritate, quicquid contra Gregorium ejusque obedientiæ addictos attentandi; ideoque Romanorum Regem a Pisano ad aliud legitimum, atque in alio loco convocabandum appellare. Verum nulla hujus appellationis habita ratione, Patres libere suas prosequabantur Sessiones.

## §. CXLII.

*Carolus Malatesta Gregorii nomine  
Pisas delatus.*

**Pogg. hist.** Sub idem tempus Carolus Malatesta To-  
**Flor. p. 3. p.** parcha Ariminensis civitatis, ubi Gre-  
**54. & 218.** gorius Senis discedens se receperat, no-  
**&c.** mine hujus Pontificis Pisas venit, petitu-  
rus, ut Concilium ad alium transferretur  
Iocum, eoquod hæc urbs Gregorio Pa-  
pæ merito suspecta videretur. Vir erat  
Malatesta non modo rei militaris peritia  
atque animi robore insignis, sed etiam in  
publicis rebus gerendis versatissimus, ac  
optimis consiliis longe uberrimus, literas,  
virosque literatos impense colebat, atque  
erga illos se admodum liberalem, magna-  
nimumque ostendit, paucis, inquit Leo-  
nardus Aretinus, nihil eorum, propter  
quæ summis laudum titulis celebrari me-  
raretur, in eo desiderari poterat. Hic  
quamvis Gregorium adversa fortuna ja-  
ctatum